

1779. Marzo

(17)

152
Illustrissimis ac Eruditissimis Viris,
Regiæ Academia Medico-Matritensis Collegis

Salutem dat

in gratiarum actionem,

Auspice Casimiro Gomesio Ortega scribendis Epistolis ab
Eadem Academia præposito,

Emmanuel de Moraes Soares.

Gratulor mihi Regem Fidelissimorum Archiatro humillimo &
gratulabundo, quum, Academici Medico-Matritenses honoratissimi,
Collegas meos, etiam nunc vestros, Siqueirolam atque Quirogam, haud
quaquam indoctos, gravissimæ Societati vestræ, Catholico nihilomi-
nùs Rege annuente, adscribi voluissis. Omnium penitus Lusitanix
nostra Medicina alumnorum animis, hoc facto, incessit admiratio non
mediocri, qualis Læritia haud moderata. Me potissimum Regali
Lusitanorum Medicorum Collegii Sodalem, quamquam immeritum, tanti
talisque honoris partem aliquam participaturum, non clam me est.
Quâ igitur dignâ ratione tam honorificam erga nos benignitatem celebrem
in primis fateor me nescire. Ego aliôqui modestus imò timidus, & mihi
parum fidens vereor ad Vos scribere: Nec fortuna mea, nec eruditio, nec
ulla alia virtus hujusmodi est, ut Licere mihi putem arduum ad Vos
scribendi munus, assumere. Verumtamen, ut Vobis, totique Orbi Litte-
rato, mei grati animi testimonium satis grave, quoad possum, exhibeam,
Litterulas has meas, Licet parum expolitas, ad Vos cogor mittere. Cumque
Licet, declarabo Scriptis, saltem, me non omnino immemorem tantæ, tamq̃
effusæ erga nos beneficentiæ.

Etiam atque etiam nobili feracique Hesperix gratulor, quam vides
in dies magis atque magis melioribus Litteris mansuescere, ac Silvestre
ingenium exuere: Gaudeo & glorior, Hispanos dilectissimos amicos, quos
olim insignis artis nostra Professor Petrus Regis, suo ad Operas Malpighi-
anæ præloquio, Moscovitij ac Lusitanij temere comparaverat, nunc amicæ
fortunæ prisca barbariei veterum rejicere, optimis & Litteris felicissime
reflorescere. Quæ equidem doctior eruditiorvè Academia vestra Medi-
co-Matritensi. Quique Academici Scientiarum artiumque Curriculo di-

lagentiores & accuratiores. Nulla, & nulli dum. Arramen, Vos Laudant cuncti
 Cultiorij Litteraturæ candidati, gravioribus studiis affabre expositi & politissi-
 me exculti. Ego tantum fatebor ingenue, me ad referendas Laudes vestras exili
 esse ingenio. Nec mihi vocis ubertas tanta, ut de vestra autoritate sermonem
 instituere, queam.

Meritorum jam modò Augustissimi Academia Fundatoris vestra, fidem
 superantium, sum memor. Qui tamen meus ad suarum laudum præconia
 Litui. Crederem, ipsum hæc secus Laudari posse, nisi ut omnem illi Lau-
 dem imparem esse, fatear. Fama verum eum vindicat à fortuna injuriâ
 nec patitur diu delitescere. Magnifici ac Præcellentij Iberiæ Regis, inquam,
 Philippi V. eximium nomen, meliori plectro Canendum erit. Est ipsum fa-
 ma celebratissima, præclaris operibus suis posteritatem sibi divinxisse,
 neminem fugit. Rei Litterariæ monumentis, quæ maxime Mantuæ Carpen-
 tiorum, Hispali, Gadiumque extruxit ornatissimè, sibi immortalitatem
 genti ac suæ parasse, patet unicuique. Inclytus ipse Studiorum Sautor
 & Defensor, Litteras hoc sæculo adeo auxit, protexitque, ut eas veluti ha-
 ta & clypeo ad Libertatem ac pileum levocaverit. Professores artiumque
 Studiosos, non aliter complexus est, quam si Litterarum ope majestatis ipsa
 adaugeri videretur. Horumque eruditissimos magnificis salariis, honori-
 ficis privilegiis titulisque donare, gavisus fuit. Ne Macenas quidem magis
 favit Horatio, non Messela Catulo, nec Tullio Maroni, nec Philippus alter
 Aristoteli, sed nec alius quispiam alii, quam illius in Litteratorum Culto-
 res diligentissima beneficentia. Suos demum inter felicissimos Cientes
 studia ad rectam rationis normam reduxit, & stabilivit diplomatibus Re-
 gij. Tam bono Principi quid non debet felix Iberia. Quid nobilius. Quid pu-
 blico præcone dignius, nobis admiranda historiarum Monumenta, recen-
 sere valent. Quæ tandem meliora gesta, si Philippum V. optimum His-
 paniarum Regem, inclytis Principibus Scientiarum antiquis Reparatori-
 bus sæculis clarioribus gubernantibus, rectè Comparemus.

Magnanimi triumphos Philippi V. Certè non obscurat Franciscus I. mo-
 deratissimus Galliarum Princeps, maximus verè Scientiarum artiumque
 Defensor, quàm Eminentissimi Cardinalis de Belai & Guilielmi Budæi
 inductu, Petro Castellano, Jacobo Colino, quod mirum est dictu, Sorore sua
 Navarra Regina non incelabri, suo cum Regiorum arcanorum arbitro
 Medico de Fieure, unâ suadentibus, barbariem cœpisset incescere, insigniore
 quæ gloriam, hac Regia solertia scripsisset sibi, suoque Regno parere.

Mente non excidat Maximilianus! illiusque Nepos Carolus V. & quissimi & potentissimi totius Germaniae Imperator, non solum admirabili vitae integritate, verum etiam alta lecondita^aque doctrina, tum morum quoque incredibili Comitatu, commendatissimi. Si prospecto reliquis praeclarissima Austria Familia Principibus, neutiquam invidentes, ut viri & Litteris adderetur splendor bonam sui temporis partem impendere, exoptarunt. Nobilissimus Agricola, Joannem Pleuchlinum, incomparabilem Roterdami Erasum, Melanctonem, quem Generus totius Germaniae summum ^{dixit} decus, Camerarium, Lanchium, Neandrum, quamplurima alia ipsiusmet Imperii lumina & ornamenta fere caelestia, sat mirari non queamus. Fredericum III. Imperatorem, Papam Nicolaum V. Cosmum de Medicis Patrem Musarum dictum, Joannem Galeas Mediolani Ducem, Frago-
niae ac Siciliae Alphonsum Regem, Robertum Neapolij, Hungariae Regem, Mathiam Corvinum, Fredericum Beltrum Ducem Urbini, Angliae Regem Henricum VIII. Magnumque Petrum Russiarum Imperatorem, aliisque Scientiarum novissimis Reductores indefessos silere mihi licet, ne nimia enumeratione vos defatigem, cum deceat vobiscum gaudij agere.

Satis exemplorum: Suae clarus est, Augustissimum Regem Philippum V. suo animo excelso, infracto, & ad divinam imaginem accedente proprius, nulli memoratorum imo & memorandorum Principum, Minerva propitiorum, ingenii vi, mentisque sanitate, secundum esse.

Sinite jam modo, gravissimi Medicinae Professores, ut hospes equidem egens, vestrae Academiae penetralia properantius subeam, oculis ac emissitibus, quantum fas erit, singula examussim inquirere, possim. Qui tamen, forsan opponetis, etsi oculatissimus, venustatem hanc, Phœbi & Lumen tantum, absque cacitatis periculo, sedula disquisitione, quiverit percrutari? Ita assentior. Celeberrimis Medicorum Catibus, Parisiensi, Sordiniensi Edemburgensi, Lugdunensi Batavorum, aliisque Europae notissimis Academiis, quibus permulti debent quidquid habuerunt doctrinae, quasque Sapienter promerito ad summum gloriae fastigium evahere, conati sunt; Gymnasia vestra tanto in Litteris, brevi & efficaci via ediderunt progressus, ut cunctos ferme, qui hoc saeculo clariore habentur, meruerint habere laudatores.

Academiae potissimum Medicinae Mantentem, veterum graecarum Palae-
harum Coi et Enidni amula specimen, qui non aspicit? Masculam Hippo-
cratis Medicinam, cœtu vestro hodie redvivam, inanibus nugis immunem,
qui non habet ante oculos? nullus non videt. Date nunc mihi veniam,

ut tantisper proposito deflectam. Interest nostra Saepenumero perpendere, tantoq; artij apollinea Conditores, si graecos excipiamus, eo miseriarum devenisse, ut Dialecticos legulis duntaxat instructi, Speculationum inanum fallaci jucunditate affecti, Longissimi a facundissimis ac cidentibus naturae Campis, ubi triumphare Liberior potuissent, in abjectissima vepreta decumbere maluerint, quibus diu irretiti ad opportuniora animos sui erigere, nequaquam evaluerant. Ille totum mareri, haud inficiat, tenebrosi saeculi animo meo occurrentibus, quibus Medicinae artiumque aliarum prisca monumenta, Saevo Barbarorum impulso Coniderunt: Harumce cadades ad decimum usque salutis annum Domini, Caroli Magni seu Imperium, perseveravit.

Non possum aequè non dolere, toties quoties artij nostra transportatione à sterili ignorantiae eremo ad Arabum tubas & fistulas, in mentem levoco. Arabes iniquissimi Solidiorem Graecorum artem medicam inquinantes, non secus ac pueri ad garriendum apti, ad bonam verò fugem non idonei, Longioribus disputationibus, iccirco fastidiosius, tempus traxerunt. Medicinam posthac multipliciter adulteratam, ad Exterorum Academiae, praesertim Hispanae, sicuti pestem serpsisse, nemini latet; Latinos postremum Medicos Successores, eadem Arabum suae corruptae fuisse, compertum haud paucis est. Hos sane Contemplor litterarum hostes, antiquioris recordia patronos, ideo molitos fuisse, ut homines arte plane tyrannica, Cruciarentur. Chymicorum Contagem, prohi Scelus! duo maxime Visionarios, Diiciplinae medicae Heriarchas, Paracelsum atque Helmontium, eorum Sectarioribus, ad venaticos furios, artem indelictam nostram ledigentibus, ipsi et moras neccentibus miserè, ex quo non dolore, relegimus. Plurima quoque praesudicia, sum verum, à Cartesianis, Democraticis, ac Mathematicis Medicis, huius saeculi novissime excogitata, in Medicinam, licet tolerabilius, irreperunt, quibus Medici potius facti Philosophi, nil aliud quam abstractam Philosophiam Reverè sapiunt, quòd in tamen fideles Hippocratis imitatores non possunt quin debacchantur.

O felicia Graecorum tempora! O semper memoranda Asclepiadum Familia! quā floruit, melles fructus edidit, Stetitque omnino artij Curativa integer rima Graecis! Haec una in terris gens artij phaebeae gloriam, perpetuum per Ovum permansuram, quodam veluti patris jure sibi ascrivit. Vos vobis, optimi Academici, animos à me parumper avertatis, Hippocratem alloqui ipsum, putetis: Immortalem Hippocratem, quem assequimini, cuiq; parem in de medica, nec aetas prisca vidit, nec videbit futura. Huncce

Medicorum Romulum, Cui Scholæ illustrius ornamentum anno decimo trigessimis quinti Mundi sæculi, sese Consulenti Philosophorum nugæ & fabellæ, eas quas maxime Pythagoras, Empedocles, et quamplurimi Jonicæ & Italicæ Scholarum sectatores, intra Medicinæ claustra inseverant, totius nervi extirpasse, ipsum met huiusmodi Sophiæ Labyrinthis strenuissime extricasse, optime Scitij: Democriti Socratisque sui Coætani Philosophiæ fundos etsi feliciter penetraverat, nihilominus huius Doctrinæ Solium à Medicinæ ritibus accuratissime disjunctis, Cœnoscæ ac praxi integrè deditus, inter Posteros hoc effatum, optimum Philosophum malum esse Medicum, reliquit.

Hic profectus Medicorum Protoparens, non hominis voce, sed natura eloquens, sagaci mente Longarum observationum præsidio instructa, potissimam Curandorum hominum rationem, assequutus est: Ut ad perfectam praxeos notitiam, [quod totius artis caput est] perveniret, ex angustis suæ mentis in plana aperta que naturæ jugera Medicinam totius viribus evocavit. Naturam ipsam, utpote sui compotem, ingenij nequaquam addictam nostris, summa cum ingenuitate salutavit; Huiusce clam Sapientis numero peragentis, ad investigandos motus, faciliorem ullam esse viam observatione observationis ac latione peditingua, nobis apertissime patefecit. Præcipuas hæc esse, & salutare artis nostræ veritates ipse statuit, quarum adhibita proportione, omnia æqua lance pensare assuetus, accedentibus in dies novis observationibus, legente ac moderante suæ rationis lumine sua quippe incomparabili solertia, primariam Stupidam Medicinam in Liberalem atque eruditam, convertit. Ad hunc modum præstantiorem artem exercendo, vanas theorias respuendo, apud omnes gentes, ad hodiernam usque Lucem, Hippocrati noster D. Augustinum Macrobiūque maxime si Consultamus, divini panis honore, scivisse promereri, Magni Artaxerxis Persarum Imperatoris, in Asiam ipsum in Casum provocantis, Mirianorum Argivorum, & Abderitarum gratiam, opes, immunitates quæ Herculi tantum Jovis filio religiose tribuebantur, meruit potiri.

Namque hypothesis quibus hodie tantopere Lugemus, quid futilius? quid imo perniciosius? Nec satis ingemam præcurrentis animo præconceptus, falsa Medicorum idola, improprias analogias, similitudines præposteram Librorum Sectionem & interperetrationem, Veterum derisionem efficiendorumque Systematum Cachectis, nec non cætera, quibus fluctuosis bonæ artis incomparabilia, Certâ humani generis perniciem, Medici Systematici hucusque retardarunt. Recominiscor

Libentius, Phisicam experimentalem propioribus Sectis expergesactam, ho-
 diernæ artis nostræ theoriæ, celsiorem Lucem attulisse, aliarum quoque dis-
 ciplinarum studia, quæ præcipue cum Medicina se quoddammodo affinitate de-
 vinxerunt, plurimum auxilii esse allatura: Cadaverum, dico, dissectionum, Chy-
 micorum fornace, Simplicium horti, quævis experimenta ad naturam variè ob-
 servandam, Separandam, vexandamque quoquomodo nos excitantia, viam no-
 bismet sapienter solent agerire, Verumtamen imprudenter credere non debemus,
 imò Cauti in Legendis ac Seligendis Scriptoribus Medicis recentioribus aliquot non
 exceptis, qui per redundantem fallaciarum futiliumve speculationum Suppel-
 lectilem, omnia ad palatum sua, accomodant. Pergaueo, dicere audeo, propri-
 am humilitatem humilitati naturæ & simplicitati sua sponte submittere, Cunc-
 to fere comprehensibili philautiæ veneno infecti, potius de ipsius effectibus phisio-
 logiarum per arrogantiam & arqutiam incautis judicare, factis horum tamen,
 quod est dolendum dicta non componunt. Regroti quid levamini, quæso, si mor-
 borum suorum effectus atque causas, ludibris expolitisve vocabulis quivis appellave-
 rit, Galenicorum, Chymicorum vel Mechanicorum idiomata percalluerit, veras
 tamen Curandi normas, ne quidem noverit. Quid proderet Medicina, si ad ostenden-
 dos flores, non ad fructus proferendos Comparetur? Nunquam ergo, frequentissimè
 dicam, de animis nostris dycedat expertissimi ductoris Hippocratis memoria nos pas-
 sim commonentis, artem notham commendatissimam, ingenii acumine nullatenus
 sitam, sed variis cujusque Aetatis Doctorum Laboribus, Coacervatam dicendam esse sa-
 pientiam; Hominum ac multorum mentem in unum quasi acervum Collectam,
 proprius nominandam. Doctiorem ~~experta~~ librum Adesol, & groto ipso infir-
 mitatis suæ historiam ad vivum exponente, haud inveniemus. Nosocomii uti-
 liorem palæstram atque Musæum, non facile erit introire.

En pariter, meritissimi Academici, bases solidissimas, Aternas ac Epidauri
 Columnas, quibus doctissimum vestrum Athenæum constantissimè innititur.
 Inexplicabiles Ingeniorum sphaeras, quas pinguiori Hispaniarum plaga, mi-
 rum in modum Zona quadam nitidissima circumambit, illico primo aspectu
 demiramur. Maximâ afficior Latinita, Societatis vestrae Præsident D. Musium Donâ,
 Regis Catholici Consiliarium, sub auspicio apollineo paratissimum militem magnopra-
 decessore suo Cervo, purissimæ Medicinæ fontem vobiscum delibaturum, Patriæ amari
 Principis sui famulatum præferendo, velocius cucurrisse. Vestra huncce militiæ
 Antesignanum, Græciæ Oraulo, haud hercle imparem eloquii Latialis nitore perspi-
 cuum, voce manique veneror, et si non idoneus saltem benivolus buccinator: Scio
 quantum ejus apud studiosos valitura sit autoritas. In me etiam gaudeo vehemē-
 tius quam credi possit, exornatissimi Protomedici Josephi Amar Delphicæ pha-
 langis Vexillarii vicem gerentis, Optimorum & Doctorum Gamesii, atque Gome-

sui à Secretis Academia gravissima erga Litteras desideria, in dies gliscere.
Ad vos omnes, Collegæ humanissimi, activiorem pugiferamque Medicinam graphi-
cè profitentes & edocentes, omnes Sanitatis cupidi merito Confugient. Nihil mihi
magis præcipuum quam vos prædicare, iudicia vestra tum publicè cum privatim
pleno ore offerre, & agere, quod aiunt tibi, galam decantare. Vivetis ipsi, & per
hominum ora volitabitis.

Vale felicissime Rex Hispaniarum Clementissime, Magne Litterarum Arbiter,
imò Censor, imò Assertor, uno verbo, Philippi V. Regis Filie. Vive diutissime.
In te omnes omnium disciplinarum Consummatam gloriam Conferunt: Virtu-
tum Corytan tuarum opinio nullorum non pectoribus vivit, omnium Linguis cele-
bratur. Te quidem Carolum III. Magno Carolo non secundum bene legnandi arte
ingenio genè Cælesti, Singulari eruditione, iudicio accerrimo, nemo extat qui grata
oratione non cupiat assatim prædicare. Nihil hoc uno æqui iustique est amanti-
us. Nemo itidem hoc uno exstitit Regia functione dexterior. Ptolomei Philadelphi stu-
dium erga bonas Litteras, Alexandri Magni felicitatem, Philippi civilitatem, Caesaris
invictam vim animi, Augusti suavitatem, Traiani mansuetudinem, Alexandri
Severi integritatem, M. Antonii pii doctrinam, Theodosii pietatem, & siquid aliud
magis esse potest, omnes Regii animi dotes habet in numero. Istic denuo pru-
dentissimus & Religiosissimus Rex, Subjectorum suorum delicias, quem Deus semper
servet incolumem, ingenium Paris habet, quod sapit, æterna illius monumenta,
ambabus manibus non tantum sustinet validissime, sed ad metam usque perducit.

Principi perquam maximo Perfectori, quia supra dictos Collegas meos potissimè Me-
dicorum Matritensium Regiæ Societati adungere, dignatus est, amplissimas
gratias Reverentissime persolvo. Perdignæ ejus Sorori Carissimæ, Regiæ nostræ
Fidelissimæ D. D. Marianæ Victoriæ, quæque ad Lusitanorum felicitatem nihil
quicquam omisit & omittit, Cuncta Lusitanica Medicorum Cohors pro tam
singulari beneficio, in ipsius respectum gratias deliberato, de Composito præcipue agit
gratias. Ego de quam verbis tantum in me Regium munus malim dependere.

Nec plura dicam, aliqua Locutus epistola stylo parum apta, quam Culpam
mihi velim ignoscat, siquidem ita scribendi verbosius, & supra Perhorices
Legem fui causa. Hoc unum depono, Viri doctissimi, ut omnia amicitia offi-
cia à me porro expectetis. Valete, & favere pergit. Missione, XIII. Calend.
Aprilis, anno M.DCCXXIX.

N^o 6.

152